Appendix Decem Monumentorum Veterum (Latin)

Optatus of Milevis (fl. c. AD 370)

SermonIndex.net / Church Fathers

Appendix Decem Monumentorum Veterum

Appendix decem monumentorum ueterum ad Donatistarum -historiam pertinentium

I. Gesta apud Zenophilum. II. Acta purgationis Felicis episcopi Autumnitani. III. Epistula Constantini ad Aelafium. IIII. Concilium episcoporum Arelatense ad Siluestrum papam. V. Epistula Constantini ad episcopos catholicos. VI. Epistola Constantini ad episcopos partis Donati. VII. Epistola Constantini ad Celsum uicarium Africae. VIII. Epistula praef. praet. Petronii ad Celsum. VIIII. Epistola Constantini ad catholicam. X. Epistula Constantini de basilica catholicis erepta.

C = codex Parisinus saec. XI, nr. 1711, olim Colbertinus nr. 1951.

I. Gesta apud Zenophilum

Incipiunt gesta, ubi constat traditorem Siluanum, qui cum ceteris ordinauit Maiorinum, cui Donatus successit.

Constantino Maximo Augusto et Constantino iuniore nobilissimo caesare consulibus Idibus Decembribus. Sexto Thamugadiensi, inducto et applicito Uictore grammatico, adsistente etiam Nundinario diacono Zenophilus uir clarissimus consularis dixit: quis uocaris? respondit: Uictor. Zenophilus uir clarissimus consularis dixit: cuius condicionis es? Uictor dixit: professor sum Romanarum litterarum, grammaticus latinus. Zenophilus uir clarissimus consularis dixit: cuius dignitatis es? Uictor dixit: patre decurione Constantiniensium, auo milite; in comitatu militauerat; nam origo nostra de sanguine Mauro descendit. Zenophilus uir clarissimus consularis dixit: memor fidei et honestatis tuae simplicitor designa, quae causa fuerit dissensionis inter christianos. Uictor dixit: ego dissensionis originem nescio; unus sum de populo christianorum. siquidem cum essem apud Carthaginem, Secundus episcopus cum Carthaginem tandem aliquando uenisset, dicuntur inuenisse Caecilianum episcopum nescio quibus non recte constitutum, illi contra alium instituerunt. inde illic apud Carthaginem coepta dissensio est et inde originem scire dissensionis plene non

possum, quoniam semper ciuitas nostra unam ecclesiam habet et, si habuit dissensionem, nescimus omnino. Zenophilus u. c. consularis dixit: Siluano communicas? Uictor respondit: ipsi. Zenophilus u. c. consularis dixit: cur ergo intermisso eo, cuius innocentia purgata est? et adiecit: adseueratur praeterea te aliud certissime scire, quod Siluanus traditor sit; de eo confitere. Uictor respondit: hoc nescio. Zenophilus n. c. consnlaris Nnndinario diacono dixit: negat se Uictor scire, quod Siluanus traditor sit. Nundinarius diaconus dixit: scit ipse, nam tradidit codices. Uictor respondit: fugeram. hanc tempestatem et, si mentior, peream. cum incursum pateremur repentinae persecutionis, fugiuimus in montem Bellonae. ego sedebam cum Marte diacono et Uictor presbyter. cum ab eodem Marte quaererentur omnes codices, negauit se habere. tunc Uictor dedit nomina omnium lectorum. uentum est ad domum meam, cum absens essem. ascensum est a magistratibus et snblati sunt codices mei. eum ego uenissem, inneni codices sublatos. Nnndinarins diaconus dixit: tu ergo respondisti apud acta, quoniam dedisti codices. quare negantur haec, quae prodi possunt? Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: simpliciter confitere, ne strictius interrogeris.

Nundinarius diaconus dixit: legantur acta. Zenophilus n. c. consularis dixit: legantur, et dedit Nnndinarins et exceptor recitanit:

”Diocletiano VIII et Maximiano VII consulibus XI111 Kal. Iunias ex actis Mnnati Felicis flaminis perpetui, curatoris coloniae Cirtensium. cum uentum esset ad domum, in qua christiani conneniebant, Felix flamen perpetuus curator Paulo episcopo dixit: proferte scripturas legis et, si quid aliud hic habetis, ut praeceptum est, ut iussioni parere possitis. Paulus episcopus dixit: scripturas lectores habent. sed nos, quod hic habemus, damus. Felix flamen perpetuus curator Paulo episcopo dixit: ostende lectores aut mitte ad illos. Paulus episcopus dixit: omnes cognoscitis. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: non eos nonimus. Paulus episcopus dixit: nouit eos officium publicum, id est Edudus et Iunius exceptores. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: manente ratione de lectoribus, quos demonstrabit officium; 10 uos quod habetis, date. sedente Paulo episcopo, Montano et Uictore Deusatelio et Memorio presbyteris, adstante Marte cum Helio diaconis, Marcuclio Catnllino Siluano et Caroso subdiaconis, Ianuario Meraclo Fructuoso Miggine Saturnino Uictore et ceteris fossoribus, contra scribente Uictore Aufidi in breui sic: calices duo aurei, item calices sex argentei, urceola sex argentea, cucumellum argenteum, lucernas argenteas septem, cereofala duo, candelas breues aeneas cum lucernis suis septem, item lucernas aeneas undecim cum catenis suis, tunicas muliebres LXXXII, mafortea XXXVIII, tunicas uiriles XVI, caligas uiriles paria XIII, caligas muliebres paria XLVH, coplas rusticanas XVIIII. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Marcuclio Siluano et Caroso fossoribus dixit: proferte hoc, quod habetis. Siluanus et Carosus dixerunt: quod hic fuit, totum hoc eiecimus. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Marcuclio Siluano et Caroso dixit: responsio uestra actis haeret. postea quam in bibliothecis inuenta sunt [ibi] armaria inania, IUI protulit Siluanus capitulatam argenteam et lucernam argenteam, quod diceret se post orcam eas inuenisse. Uictor Aufidi Siluano dixit: mortuus fueras, si non illas inuenisses. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Siluano dixit: quaere diligentius, ne

quid hic remanserit. Siluanus dixit: nihil remansit, totum hoc eiecimus. et cum apertum esset triclinium, inuenta sunt ibi dolia IIII et orcae VI. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: proferte scripturas, quas habetis, ut praeceptis imperatorum et iussioni parere possimus. Catullinus protulit codicem unum pernimium maiorem. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Marcuclio et Siluano dixit: quare unum tantummodo codicem dedistis? proferte scripturas, quas habetis. Catullinus et Marcuclius dixerunt: plus non habemus, quia subdiacones sumus; sed lectores habent codices. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Marcuclio et Catullino dixit: demonstrate lectores! Marcuclius et Catullinus dixerunt: non scimus, ubi maneant. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Catullino et Marcuclio dixit: si, ubi manent, non nostis, nomina eorum dicite. Catullinus et Marcuclius dixerunt: nos non sumus proditores. ecce sumus, iube nos occidi. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: recipiantur. et cum uentum esset ad domum Eugeni, Felix flamen perpetuus curator reipublicae Eugenio dixit: profer scripturas, quas habes, ut praecepto parere possis. et protulit codices quattuor, Felix flamen perpetuus curator reipublicae Siluano et Caroso dixit: demonstrate ceteros lectores. Siluanus et Carosus dixerunt: iam dixit episcopus, quia Edusius et Iunius exceptores omnes nouerunt; ipsi tibi demonstrent ad domus eorum. Edusius et Iunius exceptores dixerunt: nos eos demonstramus, domine. et cum uentum fuisset ad domum Felicis sarsoris, protulit codices quinque; et cum uentum esset ad domum Uictorini, protulit codices octo; et cum uentum fuisset ad domum Proiecti, protulit codices V maiores et minores II; et cum ad grammatici domum uentum fuisset, Felix flamen perpetuus curator Uictori grammatico dixit: profer scripturas, quas habes, ut praecepto parere possis. Uictor grammaticus optulit codices II et quiniones quattuor. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Uictori dixit: profer scripturas; plus habes. Uictor grammaticus dixit: si plus habuissem, dedissem. et cum uentum fuisset ad domum Eutici Caesariensis, Felix flamen perpetuus curator reipublicae Euticio dixit: profer scripturas, quas habes, ut praecepto parere possis. Euticius dixit: non habeo. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Euticio dixit: professio tua actis haeret. et cum uentum fuisset ad domum Coddeonis, protulit uxor eius codices sex. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: quaere, ne plus habeatis, profer. mulier respondit: non habeo. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Boui seruo publico dixit: intra et quaere, ne plus habeat. seruus publicus dixit: quaesiui et non inueni. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Uictorino Siluano et Caroso dixit: si quid minus factum fuerit, uos contingit periculum."

Quibus lectis Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: confitere simpliciter! Uictor respondit: non fui praesens. Nundinarius diaconus dixit: legimus epistulas episcoporum factas a Forte. et legitur 55 a Nundinario diacono: "testis est Christus etangeli ei us, quoniam tradiderunt, quibus communicastis, id est Siluanus a Cirta traditor est et fur rerum pauperum; quod omnes uos episcopi, presbyteri, diacones, seniores scitis de quadringentis follibus Lucillae, clarissimae feminae, pro quo uobis coniurastis, ut fieret Maiorinus episcopus, et inde factum est schisma; nam et Uictor fallo uestri praesentia et populi dedit folles uiginti, ut factus esset presbyter, quod scit Christus et angeli eius."

Et recitatum est exemplum epistolae: ”Purpurius episcopus Siluano coepiscopo in domino salutem. uenit ad me Nundinarius diaconus filius noster et petiit, has litteras deprecatorias a me ad te, sanctissime, dirigerem, ut, si fieri posset, pax inter te et ipsum sit. hoc enim nolo fieri, ut nemo sciat, quid inter nos agatur, si uolueris scripto tuo, ut et ego solus ibi in re praesenti ueniam et dissensionem ipsam de inter uos amputem. manu sua enim mihi tradidit libellum rei gestae, pro qua causa tuo praecepto fuerit lapidatus. non est uerum, ut pater castiget filium contra ueritatem, et scio, quia uera sunt, quae in libello mihi tradito sunt conscripta. quaere remedium, quo modo poterit ibi malignitas ista extingui, antequam flamma exsurgat, quae post demum extingui non poterit sine sanguine spiritali. adhibete conclericos et seniores plebis ecclesiasticos uiros et inquirant diligenter, quae sunt istae dissensiones, ut ea, quae fiunt., secundum fidei. praecepta fiant. non declinabis ad dexteram uel ad sinistram, libenter autem aurem conmodare nolis malis instructoribus, qui nolunt pacem. omnes nos occiditis ... et alia manu: uale.”

Item exemplum epistulae : ”Purpurius episcopus clericis et senioribus Cirtensium in domino aeternam salutem! clamat Moyses ad omnem senatum filiorum Israel dixitque illis, quae dominus iubeat fieri. sine consilio seniorum nihil agebatur. itaque et uos, carissimi, quos scio omnem sapientiam caelestem et spiritalem habere, omni uestra uirtute cognoscite, quae sit dissensio haec, et perducite ad pacem. dicit enim Nundinarius diaconus, quod nihil nos lateat, unde haec dissensio est inter carissimum nostrum Silnanum et ipsum. tradidit enim mihi libellum, in quo omnia sunt conscripta. dixit enim et uos non latere. ego scio, quia auris non est. bonum quae rite remedium, quomodo extinguatur haec res sine periculo animae uestrae, ne subito, cum personam accipitis, in indicio ueniatis. iustum indicium inter partes indicate secundum grauitatem uestram et institiam. canete nobis, ne declinetis in dexteram neque in sinistram: dei res agitur, qui scrutatur cogitationes singulorum. elaborate, nemo sciat, quae sit coniuratio haec. uestra sunt, quae libello continentur. non est bonum; dicit enim dominus: ex ore tuo condemnaberis et ex ore tuo instificabers.”

Item alia recitata: ”Siluano fratri carissimo Fortis in domino aeternam salutem! uenit ad me filius noster Knndinarins diaconus et retulit er quae inter te et illum contigerint ut per maliuoli intercessum, qui uuit animas iustorum a nia ueritatis auertere. cum haec audirem, mente defectus sum, quod talis dissensio inter uos uenit. dei enim sacerdos ut ad hoc ueniat * quod non nobis expediat, [ne] fiat. nunc ergo petite eum, ut, quod potest, cum ipso pax domini saluatoris Christi sit, non ad publicum ueniamus et a gentibus damnemur. scriptum est enim: uidete, ne, dum mordetis et consumamini inuicem, ab innicem consumamini. ergo peto dominum, ut tollatur de medio nostrum hoc scandalum, ut possit res dei cum gratiarum actione celebrari domino dicente: pacem meam do nobis, pacem meam relinquo nobis. quae pax poterit esse, ubi dissensio est, aemulationes sunt? nam cum ego a milite essem &SS... separatus et in illo uenissem cum iniuria tali, deo conmendani animam meam et remisi tibi, quia deus uidet mentes hominum et eorum, sine a te ad illos perductus sum. sed deus nos liberauit et tecum seruimus. ergo sicuti dimissum est nobis, et uos reconciliamini paci, ut in nomine Christi possimus cum gaudio pacem celebrare. nemo sciat.”

”Fratribus et filiis, clero et senioribus Fortis in domino aeternam salutem! uenit ad me filius mens Nnndinarius diaconus uester et retulit de ea, quae contra uos sunt gesta; nec non utique a nobis debuit conponi, ne uentum esset, ut talem insaniam passi a quibus lapidarentur pro neritate, quod et uos et nos scimus, sicuti nobis retnlistis; et scriptum est: non est sapiens quisquam inter nos, qui possit iud ica re inter fratres? sed et frater cum fratre iudicatur, sed apud infideles, sicuti nos cum in iudicio non intenditis. sic ad hoc exilitum est, ut gentibus demus tale exemplum, ut, qui per nos deo credebant, ipsi nobis maledicant, cum ad publicum peruenimus? ergo ne ad hoc ueniatur, nos, qui spiritales estis, facite, ut nemo sciat, ut cum pace pascha celebremus et hortemini eos paci reconciliari et dissensio non sit, ne, cum ad publicum uentum fuerit, incipiatis et uos periclitari, si hoc factum fuerit, et postea nobis inputetis. dabitis quam plurime tu, possessor Donati presbyter, singuli Ualeri et Uictor, qui omnia scitis acta, date operam, ut pax sit uobiscum.”

Item alia recitata: ”In domino aeternam salutem! peruenit ad nos Nundinarius filius tuus, non tantum ad me sed et ad fratrom nostrum Fortem et grauem querelam referens. miror grauitati tuae sic te egisse cum filium tuum, quem tu nutristi et ordinasti. si enim aedificium terrae structum sit, non additur quid caeleste, quod per manum sacerdotis aedificatur? sed non est tibi mirandum scriptura dicente: perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo, et iterum dicit: potius dilexerunt homines tenebras magis quam lucem, sicuti et tu facis. sufficiat nobis omnia scire. super quod et frater noster Fortis tibi scripsit, nunc petierim de caritate tua, frater benignissime, ut subpleas dictum Esaiae prophetae: expellite malignitatem de animis uestris et uenite disputemus, dicit dominus, et iterum: proicite malum de medio uestrum. sic et tu fac: subiuga et auerte seditionem eorum, qui noluerunt esse pacem inter te et filium tuum. sed filius tuus Nundinarius in pace tecum pascha celebret, ne res ad publicum ueniat praeterea iam omnibus nobis nota. rogauerim te, frater benignissime, mediocritatis meae conpleas petitionem; nemo sciat.”

Item alia recitata: ”Fratri Forti Sabinus in domino aeternam salutem! quae sit caritas, iuxta omnes collegas certus sum peculiariter; tamen secundum dei uoluntatem, qui dixit: quosdam diligo super animam meam, Siluanum te coluisse certus sum. quare non dubitaui haec scripta ad te dare, quia scripta tua ad eum facta dari feci propter nomen Nundinarii; et qui inpigre agit, semper res dei impetu procedit. ne praetendas excusationem; occupatio namque nos diebus istis stringit et incunctanter commouet circa haec usque ante diem solemnissimum paschae, ut per te fiat pinguissima pax, ut digni coheredes Christi inueniamur, qui dixit: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, et iterum peto, ut facias — et alia manu: opto te in domino bene ualere et nostri memorem esse. uale, sed rogo te, nemo sciat.”

Quibus lectis Zenophilus u. c. consularis dixit: actis et litteris, quae recitatae sunt, traditorem constat esse Siluanum. et Uictori dixit: simpliciter confitere, utrum scias eum aliquid tradidisse. Uictor dixit: tradidit, sed non me praesente. Zenophilus u. c. consularis dixit: quid administrabat tunc Siluanus in clero? Uictor respondit: sub Paulo episcopo orta est persecutio et Siluanus subdiaconus fuit. Nundinarius diaconus respondit: quando uentum

est illic, ait, ut factus esset episcopus, respondit populus: alius fiat, exaudi deus. Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: dictum est a populo: Siluanus traditor? Uictor dixit: ego ipse luctatus sum episcopus. Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: ergo sciebas traditorem? de hoc confitere. Uictor respondit: traditor fuit. Nundinarius diaconus dixit: uos seniores clamabatis: exaudi, deus, ciuem nostrum uolumus, ille traditor est. Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: clamasti ergo cum populo, quod traditor esset Siluanus et non deberet fieri episcopus? Uictor dixit: clamaui et ego et populus. nus enim ciuem nostrum petebamus, integrum uirum. Zenophilus u. c. consularis dixit: qua causa putabatis eum non mereri? Uictor dixit: integrum petebamus et ciuem nostrum sciebam enim in causam imperatorum ad hoc nos esse uenturos, dum enim talibus conmittitur.

Item inductis et adplicitis Uictore Samsurici et Saturnino fossoribus Zenophilus u. c. consularis dixit: quis uocaris? respondit: Saturninus. Zenophilus u. c. consularis dixit: cuius condicionis es? Saturninus respondit: fossor. Zenophilus u. c. consularis dixit: Siluanum scis esse traditorem? Saturninus dixit: scio lucernam tradidisse argenteam. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: quid aliud? Saturninus respondit: aliud nescio, nisi quia depost orcam eam eiecit. et remoto Saturnino Zenophilus u. c. consularis dixit adstanti: tu quis uocaris? respondit: Uictor Samsurici. Zenophilus u. c. consularis dixit: cuius condicionis es? Uictor dixit: artifex sum. Zenophilus u. c. consularis dixit: tabulam argenteam quis tradidit? Uictor respondit: non uidi; quod scio, hoc dico. Zenophilus u. c. consularis dixit Uictori: licet iam constiterit ex responsione eorum, qui supra sunt interrogati, tamen tu confitere, utrum Siluanus traditor sit. Uictor dixit: secundo petato (?) quomodo hoc dimisit, ut duceremur ad Carthaginem, ore ipsius episcopi audiui: data est mihi lucerna argentea et capitulata argentea et has tradidi. Zenophilus u. c. consularis Uictori Samsurici dixit: a quo audisti? Uictor dixit: a Siluano episcopo. Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: ab ipso audisti, quod tradidisset? Uictor dixit: ab ipso audiui, quod suis manibus tradidisaet illas. Zenophilus u. c. consularis dixit: ubi audisti? Uictor dixit: in basilica. Zenophilus u. c. consularis dixit: apud Constantinam? Uictor dixit: ibi coepit alloqui populum dicens: de quo dicunt me traditorem esse, de lucerna et capitulata? Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: quid aliud putas ex his esse quaerendum? Nundinarius dixit: de cupis fisci, quis illas tulit. Zenophilus u. c. consularisNundinario dixit: quas cupas? Nundinarius dixit: in templo Sarapis fuerunt et tulit illas Purpurius episcopus; acetum, quod habuerunt, tulit illum Siluanus episcopus, Dontius presbyter et Lucianus. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: sciunt id factum, qui adsistunt? Nundinarius respondit: sciunt. diaconus Saturninus dixit: dicebant maiores nostri, quia sublatae sunt. Zenophilus u. c. consularis dixit: a quo sublatae dicuntur? Saturninus dixit: a Purpurio episcopo et acetum a Siluano et Dontio et Superio presbyteris et Luciano diacono. Nundinarius dixit: uiginti folles dedit et factus est presbyter Uictor? Saturninus dixit. et cum diceret, Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: cui dedit? Saturninus dixit: Siluano episcopo. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: ergo ut fieret presbyter, Siluano episcopo uiginti folles praemium dedit? Saturninus dixit: dedit. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: ante Siluanum positum est? Saturninus dixit: ante cathe-

dram episcoporum. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: a quo pecunia sublata est? Nundinarius dixit: ipsi episcopi diuiserunt eam inter se. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: Donatum desideras exhiberi? Nundinarius dixit: utique ueniat, de quo clamauit populus biduo post pacem: exaudi deus, ciuem nostrum uolumus. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: certe clamauit hoc populus? respondit: clamauit. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: traditorem clamauit Siluanum? Saturninus dixit: utique. Nundinarius dixit: quando factus est episcopus, non illi communicauimus, quia dicebatur traditor esse. Saturninus dixit: quod dicit. uerum est. Nundinarius dixit: nidi. quia Mutus harenarius tulit eum in collo. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: sic factum est? Saturninus dixit: sic. Zenophilus u. c. consularis dixit: uera sunt omnia, quae dicit Nundinarius, quia ab harenariis factus est episcopus Siluanus? Saturninus dixit: uera. Nundinarius dixit: prostibulae illic fuerunt. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: harenarii illum gestauerunt? Saturninus dixit: ipsi eum tulerunt et populus; nam ciues in area martyrum fuerunt inclusi. Nundinarius diaconus dixit: numquid populus dei ibi fuit? Saturninus dixit: in casa maiore fuit inclusus. Zenophilus u. c. consularis dixit: certe omnia, quae dicit Nundinarius, uera sunt? Saturninus dixit: uera. Zenophilus u. c. consularis dixit: tu quid dicis? Uictor dixit: uera sunt omnia, domine. Nundinarius dixit: Purpurius episcopus tulit centum folles. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: de quadringentis follibus quos putas interrogandos? Nundinarius dixit: Lucianus diaconus exhibeatur, quia ipse totum scit. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: hine sciunt? Nundinarius dixit: non sciunt. Zenophilus u. c. consularis dixit: exhibeatur Lucianus. Nundinarius dixit: sciunt isti acceptos esse quadringentos folles, sed quia episcopi eos diuiserunt, nesciunt. Zenophilus u. c. consularis Nundinario et Uictori dixit: scitis acceptos esse folles a Lucilla? Saturninus et Uictor dixerunt: scimus. Zenophilus u. c. consularis dixit: pauperes non acceperunt? dixerunt: nemo nihil accepit. Zenophilus u. c. consularis Saturnino et Uictori dixit: nihil de fano Sarapis sublatum est? Saturninus et Uictor dixerunt: Purpurius tulit cupas et Siluanus episcopus et Dontius et Superius presbyteri et Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenophilus u. c. consularis dixit: responsione Uictoris grammatici et Uictoris Samsurici et Satumini claruit uera esse omnia, quae suggesserit Nundinarius. submoueantur et exeant.

Zenophilus u. c. consularis dixit: quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit: Castum diaconum, ut dicat, si non est traditor; ipse illum ordinauit. et inducto et adplicito Casto diacone Zenophilus u. c. consularis dixit: quis uocaris? respondit: Castus. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: cuius condicionis es? Castus dixit: nullam dignitatem habeo. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: licet nunc per Uictorem grammaticum quam etiam per Uictorem Samsurici et Saturninum uenerunt in confessionem, quae Nundinarius obicit, tamen etiam tu confitere, utrum traditor sit Siluanus. Castus respondit: dicebat, quod inuenerit lucernam post orcam. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: etiam de cupas de fano Sarapis sublatas et aceto confitere. Castus respondit: Purpurius episcopus tulit cupas. Zenophilus u. c. consularis dixit: acetum quis? respondit Castus, quod tulerunt inde acetum Siluanus episcopus, Dontius et Superius presbyteri. Zenophilus

u c. consularis Casto dixit: confitere, quot folles dedit Uictor, ut presbyter fieret. Castus dixit: optulit, domine, saccellum, et quid habuerit, nescio. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: cui datum est saccellum? Castus dixit: illo tulit eum in casa maiore. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: populo non est diuisa pecunia? Castus respondit: non est data nec uidi. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: de folles, quos Lucilla dedit, populus minutus nihil accepit? Castus dixit: non uidi accipere neminem. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: quo ergo peruenerunt? Castus dixit: nescio. Nundinarius dixit: utique uel audisti uel uidisti, si dictum est pauperibus: dat et nobis de re sua Lucilla? Castus dixit: non uidi aliquem accipere. Zenophilus u. c. consularis dixit: manifesta est Casti confessio, quod folles, quos Lucilla donanit, populo diuisos esse nesciret, et ideo amoueatur.

Item inducto et adplicito Crescentiano subdiacono Zenophilus n. c. consularis dixit? quis uocaris? respondit: Crescentianus. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: simpliciter sicut ceteri confitere, utrum scias traditorem Silnanum. Crescentianus dixit: priores, qui fuerunt clerici, ipsi retulerunt singula. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: quid retulerunt? Crescentianus dixit: referebant, quod traditor esset. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: dixerunt illum traditorem? et adiecit: qui dicebant? Crescentianus dixit: qui cum illo connersabantur in plebe, dixerunt, quod aliquando tradidisset. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: de Siluano dicebant? Crescentianus dixit: utique. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: cum factus fuisset episcopus, praesto fuisti? Crescentianus dixit: praesens cum populo fui inclusus in casa maiore. Nundinarius diaconus dixit: campeses et harenarii fecerunt illum episcopum. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: Mutus harenarius certe eum sustulit? dixit: manifeste. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: cupas de fano Sarapis scis esse snblatas?Crescentianus dixit: plures dicebant, quod Purpurius episcopus ipse sustulerit cupas et acetum, quod ad senem nostrum Siluanum peruenisset, et filii Aelionis dicebant. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: quid audisti? Crescentianus dixit: acetum sublatum a sene Siluano et Dontio et Superio presbyteris et Luciano diacono. Zenophilus a. c. consularis Crescentiano dixit: ex CCCC follibus, quos Lucilla donanit, populus aliquid accepit? Crescentianus dixit: nihil inde nemo accepit, nescio, nec quis illos erogauerit. Nundinarius dixit: aniculae numquam inde aliquid acceperunt? Crescentianus dixit: nihil. Zenophilus n. c. consularis dixit:certe quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populares publice accipiunt? Crescentianus dixit: non audiui uel nidi dedisse illum aliquos. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: nihil ergo datum est de CCCC follibus populo? Crescentianus dixit: nihil; utique peruenisset aliqua partiuncula ad nos. Zenophilus n. c. consularis dixit: quo ergo sublati sunt? Crescentianus dixit: nescio, nemo nihil accepit. Nundinarius dixit: Uictor quot folles dedit, ut fieret presbyter? Crescentianus dixit: nidi allatos cophinos cum pecunia. Zenophilus n. c. consularis Crescentiano dixit: cui dati sunt cophini? Crescentianus dixit: episcopo Silnano. Zenophilus n. c. consularis dixit: Silnano dati sunt? Crescentianus dixit: Silnano. Zenophilus n. c. consularis dixit: populo nihil datum est? respondit: nihil; necesse est, ut et nos aliquid acciperemus, si distribuerentur, sicut solet. Zenophilus n. c. consularis Nundinario dixit: quid aliud de Crescentiano

putas esse requirendum? Nundinarius dixit: ipsud est. Zenophilus n. c. consularis dixit: quoniam de omnibus Crescentianus subdiaconus simpliciter confessus est, submoueatur.

Item inducto et adplicito Ianuario subdiacono Zenophilus n. c. consularis dixit: quis uocaris? respondit * * *

II. Acta purgationis Felicis episcopi Autumnitani

**in municipio Antnmnitanorum Gallienus duouir dixit: quoniam praesens es, Caeciliane, audi litteras domini mei Aeli Paulini uiri spectabilis agentis uicariam praefecturam, quid iubere sit dignatus secundum epistolam ad nos datam, quae declarare te conpellit et scribam, quem habuisti tunc temporis administrationis tuae, et tabularium. sed quoniam tabularius eius temporis uita functus est, et omnes actus administrationis tuae secundum fidem litterarum eiusdem mei domini tecum perferre debebis et ad coloniam Carthaginiensem cum scriba tuo proficisci necesse est. praesens est curator, sub cuius praesentiam uos conpellimus. quid ad hoc respondes? Caecilianus dixit: mox ad me epistolam Aeli Paulini uiri spectabilis agentis nicariam praefecturam pertulistis, statim ad scribam Miccium misi, ueniret, ut acta ipsius temporis confecta mihi obtulisset, et usque adhuc inquirit; et quoniam non modicum tempus est, ex quo duouiratum administraui — anni sunt XI — itaque cum inuenerit, parebo tanto praecepto. Gallienus duouir dixit: tua interest iussioni parere; uides enim iussionem esse sacram. Caecilianus dixit: deuotus sum tanto praecepto.

Item cum paulo post scriba Miccius superuenisset, Fuscius duouir dixit: audisti et tu, Micci, quod et tu una cum Caeciliano necessarius es ire ad officium uiri spectabilis uicarii, instructionem eius temporis ut uobiscum perferatis. ad haec quid dicis? Miccius respondit: magistratus subpleto anno omnes actus suos domum suam tulit *** si in eis cera possit inueniri, inquiro. et cum quaereret, Quintus Sisenna duouir dixit: quod cognouit officium, respondit. Apronianus dixit: si omnes actus suos tulerat magistratus, unde acta, quae tunc emissa erant uel confecta tanto tempore? et cum diceret, Aelianus proconsul dixit: et mea interrogatio et singularum personarum responsio actis continetur. Agesilaus dixit: sunt praeterea et aliae epistolae huic rei necessariae; interest, ut legantur. Aelianus proconsul dixit: lege Caeciliano audiente, ut agnoscat, an ipse dictauerit. Agesilaus recitauit: ”[Uolusiano] et Anniano consulibus XIIII Kal. Sept. in iure apud Aurelium Didymum Speretium sacerdotem Iouis optimi maximi duouirum splendidae coloniae Carthaginiensium Maximus dixit: loquor nomine seniorum christiani populi catholicae legis. apud maximos imperatores causa agenda erit contra Caecilianum et Felicem, qui principatum eiusdem legis omni ui conantur inuadere. contra ipsos documenta crimihum eius conquiruntur; nam cum persecutio esset indicta christianis, id est, ut sacrificarent aut quascumque scripturas haberent, incendio traderent, Felix, qui tunc episcopus fuit Autumnos, consensum adtulerat, ut de manu Galati scripturae traderentur, ut igni concremari possent. et erat tunc temporis magistratus Alfius Caecilianus, quem praesentem uidere dignaris. et quoniam eius temporis officium incumbebat, ut ex iussione proconsulari omnes sacrificarent et si quas scripturas haberent, offerrent secundum sacram legem, quaeso secundum [quod praesens est et senem

uides et non potest ad comitatum sacrum pergere, apud acta deponat, utrumne iam de pactione secundum acta ab eodem habita litteras dederit et utrum ea, quae in litteris contulerit, uera sint, ut horum actus et fides in iudicio sacro detegi possit. adstanti Caeciliano Speretius duouir dixit: audis, quae apud acta sint deposita? Alfius Caecilianus dixit: Zama ieram propter lineas comparandas cum Saturnino, et cum ueniremus illo, mittunt ad me in praetorio ipsi christiani, ut dicerent: sacrum praeceptum ad te peruenit? ego dixi: non, sed uidi iam exempla et Zama et Furnis dirui basilicas et uri scripturas uidi. itaque proferte, si quas scripturas habetis, ut iussioni sacrae pareatur. tunc mittunt in domo episcopi Felicis, ut tollerent inde scripturas, ut exuri possent secundum sacrum praeceptum. sic Galatius nobiscum perrexit ad locum, ubi orationes celebrare consueti fuerant. inde cathedram tulimus et epistolas salutatorias et ostia omnia combusta sunt secundum sacrum praeceptum. et cum ad domum eiusdem Felicis episcopi mitteremus, renuntiauerunt officiales publici illum absentem esse. nam cum posteriore tempore adueniret Ingentius scriba Augenti, cum quo aedilitatem administraui, dictaui epistolam eidem collegae, quam feci ad eundem episcopum Felicem. Maximus dixit: praesens est, eadem epistola ei offeratur, ut eandem recognoscat. respondit: ipsa est. Maximus dixit: quoniam recognouit epistolam suam, hanc lego et oro, plena actis inseratur. et recitauit:

”Caecilianus parenti Felici salutem! cum Ingentius collegam meum Augentium amicum suum conueniret et inquisisset, anno duouiratus mei an aliquae scripturae legis uestrae secundum sacram legem adustae sint *** quam Galatius meus ex lege uestra publice epistolas salutatorias de basilica protulerit. opto te bene ualere.” hoc signum, quod deprecatorium ad me miserant christiani et ipse cuius est praetorium et dixisti: tolle clauem et quos inueneris . in cathedra libros et super lapide codices, tolles illos. sane uide, officiales ne tollant oleum et triticum. et ego dixi tibi: tu nescis, quia, ubi scripturae inueniuntur, ipsa domus diruitur? et dixisti: quid ergo facimus? et dixi ego nobis : tollat aliquis de uestris in area, ubi orationes facitis, et illic ponantur. et ego nenio cum officiales et tollo. et nos illo uenimus et omnia tulimus secundum sacrum praeceptum.

Maximus dixit: quoniam eius epistolae lectio apud acta recitata est, quam ipse agnouit se misisse, quae dixit, quaesumus actis haereant. Speretius duouir dixit: quae dixisti, scripta sunt.

Agesilaus dixit: ad praesentem epistolam recognouit, residuam partem, quam nunc legit, falsam esse dicit. Caecilianus dixit: domine, usque hoc dictaui, usque quo habet: ”opto te, parens carissime, bene ualere.”.

Apronianus dixit: semper sic falsum per terrorem, per scaenam, per inrelegiosam mentem actum est ab his, qui catholicae ecclesiae consentire noluerunt. nam Paulino hic administrante uices praefectorum subornatus est quidam priuatus homo, qui modicum cursoris haberet, qui ad catholicae unitatis [fideles] ueniret atque eos induceret et terreret. detecta igitur factio est. nam conponebatur Felici relegiosissimo episcopo per mendacium, ut uideretur scripturas prodidisse et exussisse. Ingentius quidem, cum hoc totum, quicquid agebat, obesset sanctitati et relegioni Caeciliani, subornatus est, ut ueniret cum litteris ueluti Fe-

licis episcopi ad Caecilianum duouirum et ei confingeret a Felice se esse mandatum. dicat ipsa uerba, quibus hoc est confictum. Aelianus proconsul dixit: dic. Apronianus dixit: dic, inquit, Caeciliano amico meo, quod codices accepi pretiosos deificos XI, quiaque me nunc conuenit, ut illos restituam, dic, quod anno magistratus tui eos exusseris, ne reddam illos. qua de re igitur de Ingentio quaerendum est, quatenus haec machinata sint ac fabricata, et quatenus uoluerit circumscribere magistrum ad mendacium, ut Felicem aspergeret infamia. dicat, a quo missus sit, nerum tamen si machinationem istam in conscientiam Felicis.., quo Caeciliani pudori et initio (?) derogaret. est enim quidam, qui per Mauritaniam et Numidiam legatus missus sit ex diuersa parte.

Et adstante Ingentio Aelianus proconsul dixit: cuius praecepto ea suscepisti agenda, quae tibi obiciuntur? Ingentius dixit: ubi? Aelianus proconsul dixit: quoniam fingis te non intellegere, quod interrogans, dicam apertius: quis te ad magistratum Caecilianum misit? Ingentius dixit: nemo me misit. A-elianus proconsul dixit: quomodo ergo uenisti ad magistratum Caecilianum? Ingentius dixit: cum uenissemus et ageretur causa Mauri ab Utica episcopi, qui episcopatum sibi redemit, ad urbem ascendit Autumnitanus episcopus Felix, ut tractaret, et dixit: nemo communicet, quia falsum admisit. et dixi illi ego econtra: nec tibi nec illi Quia traditor. es. dolui enim causam Mauri hospitis mei, quia communicaueram cum illo in peregre, quia euasi persecutionem. exinde iui in patriam ipsius Felicis, duxi mecum tres seniores, ut uiderent, an uerum tradidisset annon. Apronianus dixit: non ita, uenit ad Caecilianum; quaere de Caeciliano. Aelianus proconsul Caeciliano dixit: quomodo ad te uenit Ingentius? Caecilianus respondit: domi ad me uenit, prandebam cum operarios uenit illuc, stetit in ianua. Caecilianus ubi est? dixit. respondi: hic. ego dico ei: quid est? omnia recte? omnia, dicit. respondi illi: si non fastidis prandere, ueni, prande. dicit mihi: reuertor huc. uenit illuc solus. dicere mihi coepit: ecce sic mihi curare et inquirere, an adusta fuerit scriptura anno duouiratus mei. dico illi ego: molestus es mihi, tu homo inmissus es, laxa hinc te a me. et spreui illum a me. et uenit illo iterato cum collega meo, cum quo fui aedilis. ait mihi collega meus: Felix noster episcopus misit huc hominem, ut facias illi litteras, quia accepit codices pretiosos et noluit reuocare illos. scribas illo, quod anno dnouiratus tui conbusti sunt et dixi ego: haec est fides christianorum? Ingentius dixit: domine, ueniat et Augentius. et ego honorificus sum et honor meus pereat et huius latera habemus. Aelianus proconsul Ingentio dixit: reuinceris alio titulo. Aelianus proconsul ad officium dixit: apta illum. cumque aptaretur, Aelianus proconsul dixit: suspendatur, cumque suspenderetur, Aelianus proconsul Caeciliano dixit: quomodo ad te Ingentius uenit? respondit: misit hue me Felix, dixit, noster, ut scribas illo, quia est unus perditus nescio qui habens penes me codices pretiosissimos et nolo illos restituere. itaque fac litteras, quia adusti sunt, ne reuocet illos. et ego dixi: christiani fides haec est? et coepi illum corripere et ait collega mens: scribe illo Felici nostro. et sic ego epistolam dictaui, quae paret, usque quo dictaui.

Aelianus proconsul dixit: audi sine metu recitationem epistolae tuae, recognosce, quousque dictaueris. Agesilaus recitauit: ".... opto te, parens carissime, multos annos bene ualere." Aelianus proconsul Caeciliano dixit: hucusque dictasti? respondit: hucusque, relicum falsum est. Agesilaus recitauit: hoc signo quod deprecatorium ad me misisti, nisi ego et tu et

cuius est praetorium et dixit: tolle clauem et quos inuenies in cathedra libros et super lapide codices, tolle illos. sane uide, officiales ne tollant oleum et triticum. et ego dixi: tu nescis, quia, ubi scripturae inueniuntur, et ipsa domus diruitur? et dixisti: quid ergo faciemus? et dixi ego nobis: tollat aliquis de nobis in areis, ubi orationes facitis, et illic ponantur. et ego uenio cum officiales et tollo. et [nos illo uenimus] et omnia tulimus secundum placitum et adussimus secundum sacrum praeceptum.

Maximus dixit: quoniam eius epistolae tenor etiam apud acta recitatus est, quam ipse agnouisse ac misisse dixit, quaesumus, hoc actis tuis haereat. Speretius dixit: quae dixistis, scripta sunt. Caecilianus respondit: ex illo est falsum, hucusque est epistola mea, quousque dixi: \'bene uale, parens carissime\'. Aelianus proconsul dixit: quem dicis addidisse ad epistolam? Caecilianus dixit: Ingentium. Aelianus proconsul dixit: professio tua actis haeret.

Aelianus proconsul Ingentio dixit: torqueris, ne mentiaris. Ingentius dixit: erraui, huic epistolae ego addidi dolens causa Mauri hospitis mei. Aelianus proconsul dixit: [Constantinus] Maximus semper Augustus et Licinius Caesares ita pietatem christianis exhibere dignantur, ut disciplinam corrumpi nolint, sed potius obseruari relegionem istam et coli uelint. noli itaque tibi blandiri, quod cum mihi dicas dei cultorem te esse, [ac propterea non possis torqueri. torqueris, ne mentiaris, quod alienum christianis esse uidetur. et ideo dic simpliciter, ne torquearis. Ingentius dixit: iam confessus sum sine tormento. Apronianus dixit: dignare de eo quaerere, qua auctoritate, quo dolo, qua insania circuierit Mauritanias omnes, Numidias etiam, qua ratione seditionem commouerit catholicae ecclesiae. Aelianus proconsul dixit: ad Numidias fuisti? respondit: non, domine. eit, qui probet. Aelianus proconsul dixit: nec in Mauritania? respondit: negotiari illo fui. Apronianus dixit: et in hoc mentitur, domine — nam ad Mauritaniae situm non nisi per Numidias pergitur — quatenus dicit se in Mauritania fuisse, non fuisse in Numidia. Aelianus proconsul Ingentio dixit: cuius condicionis es? Ingentius respondit: decurio sum Ziquensium. Aelianus proconsul ad officium dixit: submitte illum. quo submisso Aelianus proconsul Caeciliano dixit: falsa dicis, quae dixisti. Caecilianus respondit: non, domine. is qui scripsit epistolam, iube ueniat, amicus ipsius est, ipse dicet, quousque dictaui epistolam. Aelianus proconsul dixit: quis est ille, quem uenire desideras? Caecilianus dixit: Augentium, cum quo fui aedilis. non possum probare nisi per ipsum Augentium, qui scripsit epistolam; quousque dictaui illi, ipse dicere potest. Aelianus proconsul dixit: constat ergo falsam esse epistolam? Caecilianus respondit: constat, domine, non mentior in sanguine meo. Aelianus proconsul dixit: cum duouiratum egeris in patria tua, oportet fidem uerbis tuis habere. Apronianus dixit: nec nonum est illis hoc facere. ceterum et actis addiderunt, quod uoluerunt: iam artificium est illis. Aelianus proconsul dixit: professione Caeciliani, qui acta falsata esse dicit atque epistolae plurima addita, manifestatum est, qua uoluntate haec gesserit Ingentius, et ideo recipiatur in carcerem; est enim artiori interrogationi necessarius. Felicem autem relegiosum episcopum liberum esse ab exustione instrumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod relegiosissimas scripturas prodiderit uel exusserit. omnium enim interrogatio supra scripta manifestata est nullas scripturas deifi-

cas uel inuentas uel corruptas uel incensas fuisse. hoc actis continetur, quod Felix episcopus relegiosus illis temporibus neque praesens fuerit neque conscientiam accomodauerit neque tale aliquid fieri iusserit.

Agesilaus dixit: de his, qui ad potestatem uestram instruendam uenerunt, quid iubet potestas tua? Aelianus proconsul dixit: reuettantur ad sedes suas.

III. Epistula Constantini ad Aelafium

Constantinus Augustus Aelafio.

Iam quidem antehac cum perlatum fuisset ad scientiam meam apud Africam nostram plures uesano furore uanis criminationibus contra se inuicem super obseruantiam sanctissimae legis catholicae discedere coepisse, dirimendae dissensionis huiuscemodi causa placuerat mihi, ut ad urbem Romam tam Caecilianus Carthaginensis episcopus, contra quem uel maxime uniuersi saepe me conuenerunt, quam etiam aliqui ex his, qui ei quaedam obicienda crediderant, praesentiam sui exhiberent. nam etiam ad supra dictam urbem Romam nostram quosdam episcopos ex Galliis ire praeceperam, ut tam hi pro integritate uitae suae atque laudabili instituto sed et septem eiusdem communionis quam etiam urbis Romae episcopi atque illi, qui cum hisdem cognoscerent, possent rei, quae uidetur esse commota, fidem debitam adhibere, qui quidem ea, quaecumque in praesentia eorum fuerant gesta, cuncta ad scientiam meam etiam actis habitis retulerunt uerbo insuper adfirmantes, quod indicium suum pro rerum fuisset aequitate depromtum, eosque potius causae obnoxios esse dicentes, qui contra Caecilianum quaedam putauerunt commouere adeo, ut istud post indicium habitum Africam ipsos remeasse prohiberent. inde propter haec omnia probabili rerum aestimatione speraueram, quod omnibus omnino seditionibus et contentionibus, quae aliis hominibus uidebantur subito commotae, finis debitus fuisset impositus. sed cum dictationis tuae scripta. legissem, quae ad Nicasium et ceteros super hisdem simulationibus grauitas tua mittenda crediderat, euidenter agnoui, quod neque respectus salutis suae neque, quod est maius, dei omnipotentis uenerationem ante oculos suos uelint ponere, siquidem ea agere persistant, quae non modo ad ipsorum dedecus infamiamque pertineant sed etiam his hominibus detrahendi dent facultatem, qui longe ab huiuscemodi sanctissima obseruantia sensus suos noscuntur auertere. nam id quoque te scire conuenit, quod ex hisdem uenerunt adserentes, quod minus dignus idem Caecilianus cultu sanctissimae religionis habeatur, et contra id, quod hisdem responderam, frustra eos id iactare, quippe cum res fuisset apud urbem Romam ab idoneis ac probatissimis uiris episcopis terminata; obnixe ac pertinaciter respondendum aestimauerunt, quod enim omnis causa non fuisset audita, sed potiusidem episcopi quodam loco se clausissent et, prout ipsis aptum fuerat, indicassent. quare cum haec tot et tanta nimium obnixe dissensiones protrahere peruiderem, ita ut nullo modo finis isdem dari posse uideatur, nisi et Caecilianus idem et ex his, qui contra eum dissident, tres aliqui in indicium eorum, qui contra Caecilianum sentiunt consensumque debent, ad Arelatense oppidum uenirent, iniungendum solertiae tuae duxi, ut mox has litteras meas acciperes, tam Caecilianum

supra dictum cum aliquibus ex his, quos ipse delegerit — sed et de Byzacenae, Trispolitanae, Numidiarum et Mauritaniarum et prouinciis singulis, quique aliquantos ex suis perducere debebunt, quos ipsi putauerint eligendos — sed etiam aliquos ex his, qui contra eundem Caecilianum dissentiunt, data euectione publica per Africam et Mauritaniam inde ad Hispanias breui tractu facias nauigare et inde nihilominus [huiusmodi] his in singulis episcopis singulas tractorias tribuas, ut ipsi ad. supra dictum locum intra diem Kalendarum Augustarum. possint peruenire, celeriter intimaturus hisdem, ut, antequam proficiscantur, debeant disponere, quatenus absentibus ipsis et disciplina conpetens habeatur et nulla forte seditio uel aliquorum altercantium contentio, quae ad maximum dedecus spectet, oriatur. de secreto plena cognitione suscepta finis adhibeatur; quia cum praesentiam sui exhibuerint uniuersi, quae nunc in contentione esse noscuntur quaeque non inmerito finem debent accipere maturum, ut protinus possint terminari atque conponi. nam cum apud me certum sit te quoque dei summi esse cultorem, confiteor grauitati tuae, quod nequaquam fas esse ducam, ut eiusmodi contentiones et altercationes dissimulentur a nobis, ex quibus forsitan commoueri possit summa diuinitas non solum contra. humanum genus sed etiam in me ipsum, cuius curae nutu suo caelesti terrena omnia moderanda commisit, et secus aliquid hactenus incitata decernet. tunc enim reuera et plenissime potero esse securus et semper de promptissima beniuolentia potentissimi dei prosperrima et optima quaeque sperare, cum uniuersos sensero debito cultu catholicae religionis sanctissimum deum concordi obseruantiae fraternitate uenerari. amen.

IIII. Concilium episcoporum Arelatense ad Siluestrura papam

Dilectissimo papae Siluestro Marinus, Acratius, Natalis, Theodorus, Proterius, Uocius, Uerus, Probatius, Caecilianus, Faustinus, Surgentius, Gregorius, Reticius, Ambitausus, Termatius, Merocles, Pardus, A?elfius, Hibernius, Fortunatus, Aristasius, Lampadius, Uitalis [et] Maternus, Liberius, Gregorius, Crescens, Auitianus, Dafnus, Orantalis, Quintasius, Uictor, Epictetus in domino aeternam salutem! communi copulo caritatis et unitate matris ecclesiae catholicae uinculo inhaerentes ad Arelatensium ciuitatem piissimi imperatoris uoluntate adducti inde te, gloriosissime papa, cum merita reuerentia salutamus. ubi grauem ac perniciosam legis nostrae atque traditionis iniuriam et effrenatae mentis homines pertulimus, quos et dei nostri praesens auctoritas et traditio ac regula ueritatis ita respuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio subsisteret aut accusandi modus ullus aut probatio conueniret: ideo iudice deo et matre ecclesia, quae suos nouit et conprobat, aut damnati sunt aut repulsi. et utinam, frater dilectissime, ad hoc tantum spectaculum interesse tanti fecisses! profecto credimus, quia in eos seuerior fuisset sententia prolata et te pariter nobiscum iudicante coetus noster maiori laetitia exultasset. sed quoniam recedere a partibus illis minime potuisti, in quibus et apostoli cotidie sedent et cruor ipsorum sine intermissione dei gloriam testatur, non tamen haec sola nobis uisa sunt tractanda, frater carissime, ad quae fueramus inuitati, sed et consulendum nobismet ipsis censuimus, et quia diuersae sunt prouinciae, ex quibus aduenimus, ita et uaria contingunt, quae nos censemus obseruare debere. placuit ergo praesente spiritu sancto et angelis eius, ut ex his, quae singulos quosque mouebant, iudicare proferremus de quiete praesenti;

placuit etiam antea scribi ad te, qui maiores dioeceses tenes, per te potissimum omnibus insinuari. quid autem sit, quod senserimus, scripto nostrae mediocritatis subiunximus. at id primo in loco de uita nostra atque utilitate tractandum fuit, ut qui unus pro multis mortuus est et resurrexit, ab omnibus tempus ipsum ita relegiosa mente obseruetur, ne diuisiones uel dissensiones in tanto obsequio deuotionis possint exsurgere. censemus ergo pascha domini per orbem totum una die obseruari. de his quoque, qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent. de his agitur enim, qui arma proiciunt in pace: placuit abstineri eos a communione; de circissariis agitatoribus, qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu agitant, a communione separari; de theictricis ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari; de his agitur, qui in infirmitate sunt constituti et credere uolunt, placuit eis manum inponi. de praesidibus autem, qui fideles sunt et ad praesidiatum consiliunt, ita placuit, ut, cum promoti fuerint, litteras quidem accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, ut, in quibuscumque locis gesserint, ab episcopis eiusdem loci cura illis agatur, et si coeperint contra disciplinam agere, tunc demum a. communione excludantur. et de his quidem, qui in re publica agere uolunt, similiter. de Africa autem, quod propria lege sua utantur, ut rebaptizent, placuit, ut, ad ecclesiam si aliquis haereticus uenerit, interrogent eum symbolum; et si peruiderint eum in patre et filio et spiritu sancto esse baptizatum, manus tantum ei inponatur; quodsi interrogatus symbolum non responderit trinitatem hanc, merito baptizetur et cetera. Tunc taedians iussit omnes ad sedes suas redire. amen.

V. Epistula Constantini ad episcopos catholicos

Constantinus Augustus episcopis catholicis carissimis fratribus salutem! aeterna et religiosa inconprehensibilis pietas dei nostri nequaquam permittit humanam condicionem diutius in tenebris oberrare neque patitur exosas quorundam uoluntates usque in tantum perualere, ut non suis praeclarissimis luminibus denuo pandens iter salutare eas det ad regulam iustitiae conuerti. habeo quippe cognitum multis exemplis, haec eadem ex me ipso metior. fuerunt enim in me primitus, quae iustitia carere uidebantur, nec ulla putabam uidere supernam potentiam, quae intra secreta pectoris mei gererem. equidem haec, ut dixi, quam fortunam debuerunt sortiri? scilicet omnibus malis redundantem. sed deus omnipotens in caeli specula residens tribuit, quod non merebar: certe iam neque dici neque enumerari possunt ea, quae caelesti sua in me famulum suum beniuolentia concessit. sanctissimi antistites Christi saluatoris. fratres carissimi! gaudeo igitur equidem, specialiter gaudeo, quod tandem habita iustissima diiudicatione eos ad meliorem spem fortunamque reuocastis, quos malignitas diaboli uidebatur a praeclarissima luce legis catholicae miserabili sua persuasione auertisse. o uere uictrix prouidentia Christi saluatoris, ut etiam his consuleret, qui iam desciscentes a ueritate quodammodo aduersus ipsam arma inducentes gentibus se copulauerant; quia, si uel nunc mera fide uoluerint obsequia sanctissimae legi deferre, intellegere poterunt, quantum sibi nutu dei sit prouisum. et hoc quidem, sanctissimi fratres, sperabam etiam in eis, quibus ingenita est maxima durities animi, posse reprehendi. sed non profuit apud eos recta diiudicatio neque in eorum sensus ingressa est diuinitas propitia; reuera enim non inmerito ab his procul abscesserit Christi clementia, in quibus manifesta

luce claret huiusmodi esse, ut eos etiam a caelesti prouisione exosos cernamus. quae in ipsos tanta uesania perseuerat, cum incredibili arrogantia persuadent sibi, quae nec dici nec audiri fas est, desciscentes a recto iudicio dato, quo caelesti prouisione meum iudicium eos conperi postulare! quae uis malignitatis in eorundem pectoribus perseuerat. quotiens a me iam ipso improbissimis aditionibus suis sunt condigna responsione oppressi! qui utique si hoc ante oculos habere uoluissent, minime hoc ipsud interposuissent. meum indicium postulant, qui ipse iudicium Christi expecto. dico enim, ut se ueritas habet, sacerdotum iudicium ita debet haberi, ac si ipse dominus residens iudicet. nihil enim licet his aliud sentire uel aliud iudicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti. quid igitur sentiunt maligni homines officia, ut uere dixi, diaboli? perquirunt saecularia relinquentes caelestia. o rabida furoris audacia! sicut in causis gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt. equidem gentes minora interdum indicia refugientes, ubi iustjtia cito deprehendi potest, magis ad maiora indicia auctoritate interposita, ad appellationem se conferre sunt solitae. quid hi detractatores legis, qui renuentes caeleste indicium meum putauerunt postulandum? sic sentire de Christo saluatore? ecce iam proditores, ecce sine ulla acriori disquisitione ipsi per semet prodiderunt facinora sua. quae ab ipsis sentitur humanitas, qui in ipso deo inmanes prosilierunt? equidem, fratres carissimi, licet haec in ipsis uideantur deprehensa, nihilominus uos, qui domini saluatoris sequimini uiam, patientiam adhibete data his adhuc optione, quid putent deligendum. ac si eos in hisdem uideritis perseuerare, protinus cum his, quos dominus dignos cultui suo iudicauit, proficiscimini et redite ad proprias sedes meique mementote, ut mei saluator noster semper misereatur. ceterum direxi meos homines, qui eosdem infandos deceptores religionis protinus ad comitatum meum perducant, ut ibi degant, ibi sibi mortem peius peruideant. dedi quoque litteras conpetentes ad eum, qui uicariam praefecturam per Africam tuetur, ut, quotquot huins insaniae similes inuenerit, statim eos ad comitatum meum dirigat, ne ulterius sub tanta claritate dei nostri ea ab ipsis fiant, quae maximam iracundiam caelestis prouidentiae possint incitare. incolumes uos deus omnipotens tribuat uotis meis et uestris per saecula, fratres carissimi.

VI. Epistola Constantini ad episcopos partis Donati

Constantinus Augustus episcopis.

Ante paucos quidem dies iuxta postulatum uestrum hoc mihi placuerat, ut ad Africam reuerteremini, ut illic omnis causa, quae nobis aduersus Caecilianum conpetere uidetur, ab amicis meis, quos elegissem, cognosceretur atque finem debitum reciperet. uerum din mihi cogitanti et in animo meo non inmerito uoluenti id potissimum uisum est, ut — quoniam scio quosdam ex uestris turbulentos satis et obstinato animo rectum indicium et integrae ueritatis rationem minime respicere ac per hoc uenire forsitan, ut, si ibidem cognoscatur, non ut condecet et ueritatis ratio expostulat, res finem accipiat atque aliquid tale eueniat nimia uestra obstinatione, quod diuinitati caelesti displiceat et existimationi meae, quam semper inlibatam cupio perseuerare, plurimum inpediat — placuit mihi, sicut dixi, ut Caecilianus iuxta prius tractatum huc potius ueniat, quem credo iuxta litteras meas mox adfuturum.

polliceor autem nobis, quod si praesente ipso de uno tantum crimine uel facinore eius per uosmet ipsos aliquid probaueritis, id apud me sit, ac si nniuersa, quae ei intenditis, probata esse uideantur. deus- omnipotens perpetuam tribuat securitatem.

VII. Epistola Constantini ad Celsum uicarium Africae

Celso uicario Africae.

Perseuerare Menalium eum, quem iam dudum susceperat insania, ceteros, qui a ueritate dei digressi errori se prauissimo dederunt, proxima etiam grauitatis tuae scripta testata sunt, quibus inhaerentem te iussioni nostrae de merito seditionis ipsorum eoque tumultu, quem apparabant, inhibitum esse memorasti, frater carissime. unde — quoniam ex eo patuit ipsos nefarias res cogitasse, quod enim, cum statuissem inter ipsos atque Caecilianum plenissime super allegationibus diuersis requirere, praesentiae meae susceptam fugam subtrahere laborarunt — hoc ipso turpissimo facto confessi ad ea se redire properare, quae et antea fecerant et nunc agere perseuerant. at cum constet minime unumquemque propria penitus delicta lucrari, etiamsi paulisper eorum fuerit cohercitio dilata, mandandum grauitati tuae duxi, ut interim quidem eosdem omittas et dissimulandum super ipsos esse cognoscas. uerum lecta hac epistola tam Caeciliano quam hisdem palam facias, quod cum fauente pietate diuina Africam uenero; plenissime uniuersis tam Caeciliano quam his, qui contra eum agere uidentur, lecto dilucido iudicio demonstraturus sum, quae et qualis summae diuinitati sit adhibenda ueneratio et cuiusmodi cultus delectare uideatur, adhibito etiam diligenti examine ea, quae nunc aliqui exinde inlecebris mentis ignorantiaeque occultare se putant, plenissime sum reperturus atque in lucem facturus uenire; easdem personas, quae res istius modi concitant faciuntque, ut non cum ea, qua oportet, ueneratione summus deus colatur, perdam atque discutiam. cumque satis clareat neminem posse beatitudines martyris eo genere conquirere, quod alienum a ueritate religionis et incongruum esse uideatur, eos, quos contra fas et religionem ipsam recognouero reosque uiolentes conpetentis uenerationis deprehendero, sine ulla dubitatione insaniae suae obstinationisque temerariae faciam merita exitia persoluere; scire itaque pro certo quae habere debeant ad plenissimam fidem salute etiam teste inuocata, quod tam super plebe quam super clericis his, qui primi sunt, sum diligentissime quaesiturus idque iudicaturus, quod uerissimum et religiosissimum esse manifestum sit, demonstraturus etiam hisdem. qui et qualis diuinitati cultus adhibendus sit. nam nequaquam me aliter maximum reatum effugere posse credo, quam ut hoc, quod inprobe sit, minime existimem dissimulandum; quid\' potius agi a me pro instituto meo ipsiusque principis munere oporteat, quam ut discussis erroribus omnibusque temeritatibus amputatis ueram religionem uniuersos concordemque simplicitatem atque meritam. omnipotenti deo culturam praesentare perficiam?

VIII. Epistula praef. praet. Petronii ad Celsum

Petronius Annianus et Iulianus Domitio Celso uicario Africae. Quoniam Lucianum, Capitonem, Fidentium et Nasutium episcopos et Mammarium presbyterum. qui secundum caeleste praeceptum domini Constantini Maximi inuicti semper Augusti ad Gallias cum aliis

legis eius hominibus uenerant, dignitas eius ad lares proprios uenire praecepit, angarialem his cum annonaria conpetentia usque ad Arelatensem portum secundum imperatum aeternitatis eiusdem clementissimi principis dedimus, frater, qua inde Africam nauigarent, quod sollertiam tuam litteris nostris scire conueniat. optamus te, frater, felicissimum bene ualere. Hilarius princeps optulit IIII Kal. Maias Triberis.

VIIII. Epistola Constantini ad catholicam

Constantinus Augustus uniuersis episcopis per Africam et plebi ecclesiae catholicae.

Quod fides debuit, quantum prudentia ualuit, prout puritas potuit, temptasse me per omnia humanitatis et moderationis officia optime scitis, ut iuxta magisteria legis nostrae pax ilia sanctissimae fraternitatis, cuius gratiam deus summus famulorum suorum pectoribus inmiscuit, stabilita per omnem concordiam teneretur. sed quia uim illam sceleris infusi paucorum licet sensibus peruicaciter inhaerentem intentionis nostrae ratio non potuit edomare fauente adhuc sibi huic nequitiae patrocinio, ut extorqueri sibi omnino non sinerent, in quo se deliquisse gauderent, spectandum nobis est, dum totum hoc per paucos sedit, in populum omnipotentis dei misericordia mitigetur. inde enim remedium sperare debemus, cum omnia bona uota et facta referuntur. uerum dum caelestis medicina procedat, hactenus sunt consilia nostra moderanda, ut patientiam percolamus et, quicquid insolentia illorum pro consuetudine intemperantiae suae temptant aut faciunt, id totum tranquillitatis uirtute toleremus. nihil ex reciproco reponatur iniuriae; uindictam enim, quam deo seruare debemus, insipientis est manibus usurpare, maxime cum debeat fides nostra confidere, quicquid ab huiusmodi hominum furore patietur, martyrii gratia apud deum esse ualiturum. quid est enim aliud in hoc saeculo in nomine dei uincere quam inconditos hominum impetus quietae legis populum lacessentes constanti pectore sustinere? quod si obseruauerit uestra sinceritas, cito uidebitis per gratiam summae diuinitatis, ut languescentibus eorum institutis uel moribus, qui se miserrimae contentionis uexillarios praebent, sciant omnes non debere se paucorum persuasione pereuntes sempiterno leto dare, quo possint paenitentiae gratia semper uitae aeternae correctis erroribus suis integrari. ualete uoto communi per saecula iubente deo, fratres carissimi!

X. Epistula Constantini de basilica catholicis erepta

Constantinus Uictor Maximus ac triumphator semper Augustus Zeuzio, Gallico, Uictorino, Sperantio, lanuario, Felici, Crescentio, Pantio. Uictori, Babbutio, Donato episcopis.

Cum summi dei, qui huius mundi auctor et pater est, cuius beneficio uitam carpimus, caelum suspicimus, humana etiam societate gaudemus, hanc uoluntatem esse constet, ut omne humanum genus in commune consentiat et quodam societatis affectu quasi mutuis amplexibus glutinetur, non dubium est haeresis et schisima a diabolo, qui caput est malitiae, processisse; et ideo, quicquid ab haereticis geritur, eius instinctu fieri, qui eorum sensus mentes cogitationesque possedit, nulla dubitatio est. nam cum eiusmodi homines in

sua potestate redegerit, hisdem usquequaque dominatur. quid autem boni efficere insanus, perfidus, inrelegiosus, profanus, deo contrarius, ecclesiae sanctae inimicus potest, qui a deo sancto, uero, iusto, summo atque omnium domino recedens — qui nos constituit et in hac luce produxit, qui spiritum ad uitam quam carpimus, dedit et qui nos id, quod suum esse uoluit, et omnia sua uoluntate perfecit — ad diaboli partem prono errore decurrit? sed quia semel possessus animus a malo — necesse est doctoris sui operibus instare — ea perficiat, quae aequitati et iustitiae contraria uideantur, idcirco ii, qui a diabolo possessi sunt, eius falsitati et nequitiae obsecuntur. non autem miratum est a bonis inprobos discedere; nam sic recte prouerbio signatum est: pares cum paribus congregari. qui malo impiae mentis infecti sunt, necesse est a nostra societate dissideant. homo siquidem malus, ut scriptura loquitur, de malo thesauro profert mala, bonus uero ex bono profert bonum. sed quia, ut dictum est, haeretici et schismatici, qui bonum relinquentes et malum sectantes ea perficiunt, quae deo displiceant, diabolo, qui eorum pater est, adprobentur adhaerere, rectissime et sapienter grauitas uestra fecit et secundum sanctum fidei praeceptum ab eorum peruersis contentionibus temperando et hisdem remittendo, quod idem sibi indebitum atque alienum usurpare contendunt, ne, sicuti est eorum peruersitas maligna et perfida, ad seditiones usque prorumperent et inter turbas atque concentus sui similes incitarent atque ita aliquid exsisteret, quod sedari non oporteret. sceleratum quippe eorum propositum semper requirit diaboli opera perficere. et ideo cum a sacerdotibus dei per patientiam cum ipso suo patre superant, sibi ii, qui cultores dei summi gloriam, illi uero damnationem conparent et condigna supplicia. ex hoc quippe maius dei summi exsistat iustiusque iudicium, quod eos aequo animo tolerat et patientia condemnat his omnia, quae ab ipsis processerunt, sustiuendo, dens siquidem se omnium uindicem promisit. et ideo cum uindicta deo permittitur, acrius de inimicis supplicium sumitur. quod nos nunc famulos et sacerdotes dei libenter fecisse cognoui et satis gratulatus sum, quod de impiis et sceleratis, sacrilegis et profanis, perfidis et inrelegiosis et deo ingratis et ecclesiae inimicis nullam uindictam poscitis et, ut idem potius ad ueniam pertineant, postulatis. hoc est uere ac penitus deum nosse, hoc est praeceptis insistere, hoc est feliciter credere, hoc est uere sentire, hoc est scire, quod maior uindicta in contrarios ecclesiae prouocetur, cum hisdem in saeculo parcitur. Accepta igitur epistola sapientiae et grauitatis uestrae conperi haereticos siue schismaticos eam basilicam ecclesiae catholicae, quam in Constantina ciuitate iusseram fabricari, solita inprobitate inuadendam putasse et frequenter tam a nobis quam a iudicibus nostris ex nostra iussione commonitos et reddere, quod suum non erat, noluisse, uos tamen imitatores patientiae dei summi eorum malitiae placida mente ea, quae uestra sunt, relinquentes et potius locum nobis inuicem alium, fiscalem scilicet, poscere. quam petitionem more instituti mei libenter amplexus sum et statim ad rationalem conpetentes litteras dedi, ut domum bonorum nostrorum transgredi faciat cum omni iure suo ad dominium ecclesiae catholicae, q;uam promta liberalitate donaui ac nobis tradi protinus iussi. in quo tamen loco sumptu fiscali basilicam erigi praecepi, ad consularem quoque scribi mandaui Numidiae, ut ipse in eiusdem ecclesiae fabricatione in omnibus sanctimoniam uestram iuuaret. lectores etiam ecclesiae catholicae et hypodiacones, reliquos quoque. <qui) instinctu memoratorum quibusdam pro moribus ad munera uel ad decurionatum uocati sunt, iuxta statutum legis meae ad nullum munus sta-

tui euocandos; sed et eos, qui ducti sunt haereticorum instinctu, iussimus protinus molestis perfunctionibus absolui. de cetero etiam legem meam super ecclesiasticos catholicos datam custodiri mandaui, quae omnia, (ut) uestrae patientiae palam fierent, harum litterarum testificatione perscripta sunt et utinam quidem haeretici uel schismatici aliquando suae saluti prouiderent et detersis eorum tenebris ad uisionem uerae lucis oculos aperirent et a diabolo secederent et ad deum, qui unus et uerus, qui omnium iudex est, uel sero confugerent! sed quia constat eos in sua malitia manere et in suis facinoribus mori nelle, sufficit hisdem commonitio nostra et praecedens assidua cohortatio. si enim iussionibus nostris obtemperare uoluissent, ab omni malo liberarentur. nos tamen, fratres, sequamur, quae nostra sunt, mandatis instemus, custodiamus diuina praecepta ex bonis actibus. uitam nostram ab erroribus uindicantes fauente dei misericordia per rectum limitem dirigamus I

data Non. Februar. Serdica.

Source. Latin text from the Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum (CSEL) collection of the Open Greek and Latin project (digital edition of ***S. Optati Milevitani libri VII*** edited by Karl Ziwsa (Vienna, Leipzig, Tempsky, Freytag: 1893) Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum (CSEL) 26), encoded in EpiDoc TEI XML. Digitised and corrected by the Open Greek and Latin team (University of Leipzig and partners); the text is taken from the printed edition by OCR with correction, so some errors may remain. SermonIndex has only divided it into short sections for reading; the critical notes, margin notes and apparatus of the printed edition are not shown here but are kept in the XML download.

Licence. Creative Commons Attribution-ShareAlike 4.0 International (CC BY-SA 4.0). You may share and adapt this text if you credit the Open Greek and Latin project and release your version under the same licence.